

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**De historiae Iesu tenendae tradendaeque necessitate ac  
modo**

**Fickelschers Erben und Stranckmann Fickelschers Erben und  
Stranckmann**

**Ienae, MDCCCLXXXIIII.**

Widmung

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9889**

AIT DEI GRATIA

# CAROLVS AVGVSTVS

DUX SAXONIAE IV LIACI CLIVAE MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIS  
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-  
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-  
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA, RA-  
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS  
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.

C I V I B V S

---

**C**um nostra aetate reperirentur, qui de historia Christi universa exiliter sentirent existimarentque, in religione, abjecta narrationum de vita Iesu simplicitate, rerum et veritatis ratini obviae, sublimitate esse utendum, institutum nobis, CIVES, superiore anno fuit, ne ea opinio, multis artibus difsemidata, averteret ab hac institutionis Christianae parte animos, demonstrare, quam minime consentaneum sit vel consilio scripturae sacrae et religionis nostrae vel pietati hominis Christianae, negligere atque proscribere traditiones de vita et rebus gestis servatoris, quae perspicuum et insignem habent cum virtute et fide coniunctionem. Sed in ea commendatione historiae Christi iusta et legitima facile praevidemus, admoniti tum communihominum imbecillitate et perversitate, quae in causa etiam iustissima usque legitimo raro modum tenet nimirumque vel cum desipientia utendo rebus concessis peccat,

